

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0215

0213

0219

0209

0224

0204

0264

0164

0314

0114

0714

203

XV.; Jerusalem, Judicum XIX.; Jerosolyma, Matth. II. et Luza; Area Arnae 1. Paral. XXII., et ita etiam nominat Hieronymus de distantis locorum; Ariel, Esa. XXIX.; Filia Syon, Zachar. IX.; Civitas sanguinum Ezech. XXII.; Civitas quae-sita, Esaiae LXII.; Civitas Dei, Psalm. 87.; Civitas fortis, Esaiae XXVI.; Solium Domini, Jerem. III.; Domina gentium, Threnor. 1.; Princeps provinciarum, Thren. 1.; Vallis visionis, Esaiae XXII., et ibi vide Nicolaum de Lyra; Sodoma, Apocal. II.; Aegyptus etiam nominatur Apocal. II.; Castellum, Matthaei XXI.; Helia, ab Helio Adriano Imperatore. Et Hieronymus saepissime et quasi semper Haliam eam vocat, et Graeci eam hodie Haliam nominant et Capitolia. Sic eam nominat Ptolomaeus. Dicitur etiam Algariza, i. e. mons altissimus ab Eusebio. Akossa nominant eam Sarraceni. Sed nos Latini nominamus eam vel Jerusalem, vel Jerosolymam, vel civitatem sanctam, vel toti civitati nomen partis damus, dicentes eam sepulchrum sanctum. Haec civitas semper fuit minor maximis, et major mediocribus; et hodie ita est, ut sua magnitudine non sit fastidiosa, nec parvitate angusta, non minor existens, quam nostra Vindelica, quae est Sueviae Augusta in Rhaetia sita, ut quidam putant. De hac vide supra fol. 226. A. Murorum ambitum eundem nunc habet, sicut reliquit eam Helius Adrianus Imperator, ut patebit. Ambitum ejus vide supra fol. 225. A.

Portae multae erant olim huic civitati, octo tamen principales fuisse ex scripturis deprehendimus; et si plures fuisse legantur, hoc est ideo, quia una et eadem porta plura habuit nomina; vel praeter portas fuerunt alia ostiola, quorum illa fuerunt nomina. Porro moderno tempore non nisi quinque portas potui invenire. Contra orientem habet portam auream, quae iam obstructa est, de qua vide supra fol. 141. A. Inter orientem et austrum habet portam sterquilini, de qua supra fol. 226. A. Ad austrum habet portam fontis, per quam est descensus ad fontem Syloe. Ad occidentem habet portam negotiatorum, vel piscium, de qua supra fol. 92. B. Ad aquilonem est porta Effraim, quae dicitur porta sancti Stephani, et est longum spatium a porta piscium usque ad portam S. Stephani, quia porta piscium stat prope angulum, ubi murus

Ende

Anfang